fuerant quomodo igitur et iudei regnabant, post ascensionem domini
quadraginta duobus annis alibi pax erat hic bellum erat;
Magis itaque potuit traditio ibi seruari quam hic ubi discordia.
Deinde post xlii annos uenit uespasianus et titus subuersa sunt hie
rusolima atque destructa; Omnesque iudaei fuerant. et christiani poe
nitus eiecti; deinde post annos multos usque ad hadrianum solitudo
mansit. In ista prouincia nullus iudaeorum nullus christianorum erat;
uenit hadrianus et quoniam rursus in galilea rebellauerunt iudaei; Reli
quias ipsius ciuitatis desolauit; legem tunc dedit ut nullus iudaeorum
hierusolimis accederet. et in ista ciuitate de diuersis prouinciis ad
duxit methicos; denique dicebatur hadrianus helius. hadrianus
nomine ergo suo quoniam hierusolymam subuerterat heliam nuncupa
uit; hoc totum quare dico quia nobis dicunt hic apostoli fuerunt hic
traditio fuit. Nos ergo dicimus quia hodie christus natus est per epifanias
renatus; uos adstruite nobis generationem et regenerationem; Uos qui
dicitis in epifaniis natum quando ergo baptismum accepit. nisi uere euen
tum dicitur ut in eadem die et natus sit et renatus; praedicationi nos
tre etiam creatura consentit mundus ipse testis uoci nostrae; usque
ad hanc diem tenebrae crescunt. ab hac die decrescunt tenebrae. lux
crescit. decrescunt tenebre; Crescit dies. decrescit error. ueritas
subit. hodie nobis sol iustitiae nascitur; Simulque et aliud conside
rate; Inter dominum et iohannem baptistam sex menses sunt si conside
retis natiuitatem iohannis. et hanc diem uidebitis sex menses tan
tum habuisse; quoniam uero multa diximus et infantem uagientem in
praesepe audiuimus. et adorauimus. usque hodie adoremus illum
tollamus illum in brachiis nostris. adoremus illum dei filium; deus
magnus qui tanto tempore tonauit in caelum. et non saluauit ua
git. et saluauit. hoc totum quare dixi quoniam numquam saluat superbia
sed saluat humilitas; dei filius in caelo erat et non adorabatur. In ter
ra descendit et adoratur. habebat sub se solem et lunam et ange

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0158